

ANNO 1755. Si confirmat l'assenso con un esempio del tutto si usi gli Armeni prevalersi a loro capriccio del Rito Latino. Simile è l'ossequio della Messa Latina de Padri Domenicani tradotta in lingua Greca, giusta la concessione fatta da Bonifazio IX. a Massimo di Constantinopoli Domenicano, che è nel tom. 2. del Bollario Domenicano pag. 370; celebrandosi essa da Domenicani, e non potendosi celebrare da Greci.

g. 8. Ed ecco quanto abbiamo potuto racorrere, non ostante l'essere malamente trattati dalla podagra. Sarà sua cura il notificare il tutto alla Congregazione di Propaganda; e ricevendo da essa gli ordini, come si può credere, di scrivere a Monsignor Arcivescovo di Pisa, caderebbe forse in acconcio di fargli capitare una copia di questa Lettera, che scriviamo a Lei: alla quale intanto diamo l'Apostolica Benedizione.

Datum apud S. Mariam Majorem die 29. Decembris 1755. Pontificatus Nostri Anno Decimosesto.

LIV. EXCITANTUR OMNES

Græci Ritus Orientales, ut nova Euchologii editione utantur; narratur quoque quid pro ea perficienda factum fuerit; & quæ eidem novæ editionis Euchologii præposita sunt Monita, latius explicantur.

EPISTOLA PRIMA.

Ad Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Ritus Græci Ecclesiasticos, Seculares & Regulares, gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habentes.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

EX quo primum tempore Apostolicam B. Petri Sedem ascendimus, usque in præsentem diem, assidua Nobis videmus edidisse argumenta paternæ sollicitudinis, qua dilectis Nobis in Christo Ecclesiasticis, Laicisq; Orientales Nobis consentientes, sive, uti vocant, Unitis, & a schismatis labe immunes, complectimur; nihilque intraçum reliquiste, quo si, qui in schismate sunt, ejuratis erroribus, Catholicæ unitati confocierent. Nolumus hic quæcumque in hunc finem egimus, commemorare: quum & referta sint Regesta Congregationis de Propaganda Fide Decretis nostris hac de re conditis; & Apostolicas Literas, atque Constitutiones pro Orientalium rebus a Nobis editas, in Bullarii nostri Voluminibus uniusquisque percurrere valeat. Illud Nobis propositum nunc est, ut Vos, Venerabiles Fratres, Dilectosque Filios, certiores faciamus, absolutum jam esse opus Correctionis Græci Euchologii, idque jam Typis ejusdem Congregationis de Propaganda Fide impressum fuisse, post diuturnum rerum omnium examen, accuratissima castigatione emendatum; ideoque vos hortemur, ut hoc potissimum in facris actionibus adhibeatis, sepelitis aliis, quæ variis erroribus satis superque infecta deprehenduntur. Quod quidem haud miram videri debet; id enim incommo di facillime accidit, quoties in pluribus ac sæpe iteratis unius Operis editionibus, ab iis, qui præstant, aliquid omittitur exactissimæ illius diligentia, quæ necessaria est, ne aliqua, aut per fraudem, aut per incitiam, identidem inferantur, aut adiciantur, quæ in primævis purisque editionibus non erant; quæque deinde refecanda quum sint, aut aliquo modo temperanda, tractu temporis causam præbent, institutis correctionibus, novisque repurgatis editionibus; quemadmodum in ipsa quoque Occid. Ecclesia, quantumvis præ Orient. minoribus periculis exposita sit, evenisse dignoscitur: quocirca Rom. sæpe Pontifices coadi sunt opportune consulere, ut Missalia, Ritualia, Breviaria, & Martyrologia emendarentur, & castigata noviter ederentur. Verum quod attinet ad correctionem vestri Euchologii, quod, ut optime nostis, nihil aliud est, quam collectio Ecclesiasticarum precum, atque benedictionum, ideoque, ut Goarius explicat, Ecclesiæ ve-

Proom. à veneratione & reverentia & honoris sollicitudinis in te ream. alique Oriental. actiones.

Pontificis consilium in Encyclicis litteris conferentibus.

Græcum Euchologii quid.

Linguam verba; nec liceat Armenis pro arbitrio Latinos Ritus usurpare. Simillimum Nobis suppedit exemplum ex Missa Latina Patrum Dominicanæ Familia in Græcam Linguam versam juxta indultum a Bonifacio IX. datum Maximo Constantinopolitano Dominicanæ Familie viro, relatumque tom. 2. Bullarii Dominicani pag. 370. Ea quippe Dominici Fratres quidem, nullatenus autem Græci, in Sacrificio offerendo uti possunt.

g. 8. Hæc itaque sunt, quæ Nobis, quamvis male a podagra habitis, licuit colligere. Cura tibi erit, Venerabilis Frater, deferre omnia ad Congregationem de Propaganda Fide; & si mandatum ab ea tibi fuerit, quod facillimum, ut ad Pisanum Archiepiscopum referbas, opportunum fortasse erit, hujus ad te Nostræ Epistolæ exemplum eidem reddendum curare. Interea Apostolicam tibi Benedictionem impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 29. Decembris 1755. Pontificatus Nostri Anno Decimosesto.

fræ Rituale, seu Manuale, aut Sacerdotale, & Pontificale commode appellari possit; duo potissimum nostris Litteris agenda suscepimus; historiam nimirum exponere correctionis, novæque editionis, quæ nuper perfecta fuit; & Monita quædam latius explicare, quæ in ipsius Euchologii vestibulo opportune præposita sunt: dilato in aliud tempus consilio aperiendi vobis, si Deus vitam & vires Nobis largietur, res alias complures ad Euchologium ipsum pertinentes, quæ nec satis recte præsentibus Litteris nimirum in longum protrahendis inferentur, & immo diebus Nobis afferent laborem; atque Nostræ prolixæ alienum, nec apte conciliandum cum reliquis magni momenti curis, quæ nunc præstant Nos in Apostolici Ministerii procuratore circumstant, & a quibus Nos modo expedire non possumus.

g. 2. Philippus IV. Hispaniarum Rex Catholicus is fuit, qui sub annum 1631. habito ad Apostolicam Sedem recurrit, exposuit, delatum sibi esse a Græcis Unitis ditionis suæ Terras incolentibus, editum fuisse a Græcis schismaticis Euchologium pluribus erroribus vitiatum, simulque rogavit, ut absurdis, quæ inde manare possent, opportunis remediis occurreretur. Summus autem Pontifex Urbanus VIII. statim egregio operi manum admovit, deputata ad Euchologii correctionem peculiari Congregatione, cui & ipse primum nonnullis S. R. E. Cardinales, Romanæque Curie Prælatos, atque Theologos magni nominis, adscripsit; & alios per Orbem tunc maxime Ecclesiasticæ eruditionis laude præstantes viros, eidem Congregationi adscribendos, Romam accivit. Inter hoc vocatus fuit Dionysius Petavius Presbyter Societatis Jesu in Galliis degens, qui tamen justissima affecta ætatis excusatione usus fuit, ne tantum iter arripere; & Joannes Morinus Gallicani Oratorii Presbyter, qui & ad Urbem accessit & pluribus sessionibus interfuit, in quibus multa suntu digna protulit, ad rem recte instituendam dirigendamque opportuna, de quibus alibi sententiam habebimus.

g. 3. Summum profecto studium ac diligentiam in demandatum sibi opus contulerunt iis, qui Congregationem ab Urbano Pontifice deputatam constituerunt; eorumque curas atque labores innuit Leo Allatius quum de Græco Euchologio sermonem habens, ita scripsit: De libro plura possum referre, & examinare: verumtamen, cum sub censura, ac judicio accuratiorum virorum fiat, sententiam de eo veram, & judicium insalubile expello. Et quidem duo supra octoginta sessiones inter eos habitæ fuerunt, ut olim testatus est Cardinalis Franciscus Barberinus senior, in Congregatione de Propaganda Fide, quæ die 23. Januarii anni 1645. coacta fuit coram Innoc. Papa X. paulo post obitum illius Decessoris Urbani, ejusdem Cardinalis Patru. Non ideo tamen absoluta fuit Euchologii emendatio, nec nova editio confici potuit.

g. 4. Subsequentium Pontificum tempore propositum opus nunquam omnino fuit desertum, sed parum lenteque promotum; dum novis, ut affloret, negotiis supervenientibus, inceptorum antea exitus & finis retardatur. Quam autem Deo Optimo Maximo visum fuerit Nos, licet immerentes, ad Summum

PONT. A. XVI. simillimum exemplo connumerat.

Monita ad Secretarium

Dis. 29. Decemb. 1755. Pont. XVI.

Summa eo. tum, quæ hac Epistola continetur.

Euchologi correctio, quædam, quæ casu primo instituta.

Quoties studio sub Urb. VIII. & Innoc. X. PP. curata fuerit.

Opus sequentibus tempor. in term. summo studio Pont. inflavit.

ANNO 1755. Pontificatus Nostri Anno Decimosesto. mum Pontificatum evahere, inter primas, quas liberè assumptimus, curas, hæc fuit, de correctione Librorum Orientalis Ecclesiæ, præsertim vero Euchologii Græcorum. Quare, ut optatam Nobis metam aliquando contingere liceret, hæc, quæ sequuntur, mandata per Nos tempestive edita, & executioni diligenter tradita fuerunt. Primum itaque collecta, & in ordinem digesta sunt Ad Congregationibus, quæ sub Urbano VIII., & Successoribus Pontificibus habitæ fuerant, ut comperita fieret captarum resolutionum sententia, quantumvis ille Pontificis confirmatione roboratæ non fuissent; neque enim unquam ad Summos Pontifices facta appareret earum relatio, sed in opportuniora tempora, jactis fortasse de causis, dilata. Deinde quum jam omnes e vivis excessissent, quicumque olim adscripti fuerant prædictæ Congregationi, ad Euchologii correctionem instituta, Nos Alios S. R. E. Cardinales, & Consultores ad gravissimum opus urgendum deputavimus; e Cardinalibus nimirum dome. Antonium Xaverium Gentili, Philippum Monti, Joachimum Besozzi, & Aloysium Lucini, respective nuncupatos, qui omnes jam ex hac vita migraverunt; Congregationis autem Præfatum constitutum Dilectum Filium Nostrum Fortunatum Presbyterum Card. Tamburini nuncupatum, qui sospes vivit; Consultores vero designavimus Dilectos Filios Fr. Josephum Augustinum Orti Ord. Prædic. Palatii Nostri Apostolici Magistrum, Leonardum Siderer Societ. Jesu Presbyterum, Dominicum Vitali Monachum Ordinis Sancti Basilii, Thomam Særgium a Pisis Operariis Sacerdotem, & Dominicum Teoli Presbyterum Romanum, quorum aliqui supersites sunt, alii supremum diem onierant; denique ejusdem Congregationis Secretarium elegimus Dilectum Filium Magistrum Nicolaum Antonellum Prælatum Nostrum Domesticum. His omnibus præscriptum fuit, ut certis recurrentibus diebus inter se convenientes, de rebus eorum cognitioni delegatis tractarent; id quod per integrum deccennium exactissima præstitum fuit. Quam autem olim controversia fuisset de methodo in examine rerum servanda; consentibus nonnullis, ut ante omnia de Sacramentorum formis inquireretur, aliis vero suadentibus, ut secerentur ea, quæ ad simplicium Presbyterorum officium pertinent, ab iis, quæ sunt Episcoporum propria: Nos hujusmodi controversiam de medio sustulimus, jubendo, ut Euchologii revisio, & correctio, a prima illius pagina ad subsequentes gradatim produceretur, eodem ordine, quo Euchologium ipsum constatur, impressæque conspiciatur. Denique præfato Congregationis Secretario id oneris imposuimus, ut ante singulas sessiones, folium efformaret, non modo cultibet ex Cardinalibus, & Consultoribus, qui conventuri erant, sed Nobis etiam, qui omnibus de rebus in Congregatione discutendis certiores fieri volebamur, opportune tradendum; quo in folio, indicatis proponendarum questionum capitibus, adnotaretur primo quicquid super illis expensum, atque conclusum fuerat in Congregationibus habitis sub Prædecessoribus Pontificibus, quatenus in antea his Congregationibus de ipsis agi contigisset: deinde ea, quæ circa hujusmodi questiones in Theologorum libris conscripta, & in Ecclesiasticis monumentis relata haberentur.

g. 5. De veteribus Euchologiis, uti par erat, inspicendis, conferendisque, minime necesse fuit eundem Secretarium monere; quem porro invenimus & Græcæ Linguae peritum, & sacra eruditione, doctrinaque præstantem, paratumque ad magnos quolibet referendos labores in Apostolicæ Sedis, obsequium & utilitatem; quemadmodum sæpe alias, rebus ita expositis, ac etiam editis plurimo studio voluminibus, demonstravit. Notum cuique est, P. Jacobum Goarium Ordinis Prædicatorum, natione Gallum, octo ipsos annos in Orientalibus Regionibus commoratum, ubi omnia attente exploravit, Romam deinde venisse sub anni 1640., diuturnique collationibus habitis cum insignibus doctrina viris, & rerum Græcarum peritissimis, Leone Allatio Romano Curie Præfule; Basilio Falasca Ordinis Sancti Basilii Procuratore Generali, Georgio Corosio, & Pantalone Ligardio, ut etiam de eo refert P. Echarius De Scripitoribus Ordinis Prædicatorum Tom. 2. pag. 374. in Galliam denique re-

versum, in lucem edidisse Euchologium Græcum, ANNO 1755. una cum Latina illius versione. Pro cuius Operis majori perfectione, quum doctus ac diligens Vir plurimos manuscriptorum Codices, & Libros Typis impressos, qui in ipsius Proemio ad Lectorem recenserunt, inspiceret & perpendere non omisit, variantes lectiones ubique adjecti, & opportunas, doctasque adnotationes huc illuc inseruit. Opus istud primo prodit Parisiis anno Domini 1647. deinde Venetiis anno 1730. recusum fuit.

g. 6. Norant etiam eruditi Viri, complura Mss. exempli Euchologii Græci in Bibliotheca Vaticana, & in Va. celebræ Euchologium Barberinum S. Marci, sic dictum, propterea quod e Cænobio S. Marci Florentiæ ad prædictam Bibliothecam olim translatum fuit, illudque antiquissimum esse, ac decem sæculorum ætatem superare; quum Leo Allatius testatur reliquerit, a peritissimis sui temporis viris, jam tunc nongentis annis vetustius fuisse habitum; Omnium autem antiquitatem superat Codex Barberinus in charta pergamena quadratis litteris accuratissime descriptus, ante nongentos, & plures annos, sententia eorum, qui in hisce rebus judicandis primi habentur, conscriptus. Illud quoque eruditus incomperum esse non potest, in Archivo Monasterii Crypte Ferrate pietiosum asservari Codicem, Euchologium Patriarchale nuncupatum, quem magnus Cardinalis Bessarion, primus illius Monasterii Abbas Commendatarius, ejusdem Abbatie Monachis testamento legavit; quum ipse eum dono habuisset a præclaræ memoriæ Cardinale Juliano Cesarino: huic autem donatus fuisse in Concilio Florentino a Sacerdote Georgio Varj Cretense, quemadmodum testatur Arcadius; quoque propter hujusmodi Codicem a Cardinali Bassatione plurimi semper habitus fuerat. Omnes hi, quos innuimus, Euchologii Codices inspedi, explorati, collatque invicem fuerunt, tum a Præfule Secretario, tum ab aliis Congregationi adscriptis idem Græcum callentibus, quo rebus utinamque digresserit nova Euchologii editio, ætate porro Nostris hortationibus, aut monitis ad id opus fuit, quum ipsi sua sponte hujusmodi curam susceperint, ac summa diligentia subierint.

g. 7. Neque similiter necesse habuimus doctis Cardinalibus, & Consultoribus Congregationem efformantibus in memoriam revocare sapientes illas animadversiones, quæ leguntur tum apud laudatum Joannem Morinum, in Præfatione illius Operis De Sacris Ordinibus, tum apud Lucam Holsteinum in Dissertatione I. de Sacramento Confirmationis, tum denique apud Authorem Fudiciorum P. Jo. Brun, in his, quæ scripsit de Forma Sacramenti Eucharistiæ; quæque præ oculis omnino habere debet, quicumque vult de Græcorum Ritibus rectum iudicium ferre. Injusta quippe & fallax, Ecclesiæque paci atque unitati contraria est eorum judicandi ratio, qui Latinorum tantummodo Ritualium notitiam habentes, nec aliquid scientes, præter ea, quæ tradiderunt nonnulli ex nostris Scriptoribus, nostrarum quidem rerum periti, sed Græcarum consuetudinum rades, eisque rationis ignari, quam semper cum ipsis sequuta est Apostolica Romana Sedes, non dubitarunt in sacris Græcorum Ritibus ea omnia dammare, quæcumque Latino Ritui conformia, & consentanea non reperiebant. Hæc, inquam, præfatis Cardinalibus & Consultoribus ad Euchologii correctionem delectis minime commemorare oportuit, quum ipsi jam hujusmodi agendi & judicandi normam sibi proposerint, eamque ipsa plenissime sequuti sint: quemadmodum etiam revera factum fuisse agnovimus a Cardinalibus & Præfatis qui sub Urbano VIII. in Congregationibus hac de re habitis sententiam dixerunt. Quæ autem a Nobis demandata fuisse superius innuimus, ea undequaque impleta fuerunt; nec satis dici potest, quam assidua diligentia & labore omnes Congregationem constituentes operi conficiendo incubuerint. Prædictus vero Secretarius, non solum ante singulas inter eos habendas sessiones, in juncta sibi solia doctæ & sapienter elucubravit, Nobisque exhibuit; verum etiam, post habitas sessiones hujusmodi, Congregatorum sententias, atque resolutiones Nobis referre non omisit; Nos autem omnibus per-

Fleret Euchologii Codices in Va. tiana Bibliotheca, & antiquissimus.

Each. Crypte Ferrate, inde habitus, & c. n. s. auctoritas habetur.

Ampliat. extra, & a. b. o. r. e. s. per. secret. care. n. ad. v. e. r. i. o. n. e. s. quæ leguntur tum apud laudatum Joannem Morinum, in Præfatione illius Operis De Sacris Ordinibus, tum apud Lucam Holsteinum in Dissertatione I. de Sacramento Confirmationis, tum denique apud Authorem Fudiciorum P. Jo. Brun, in his, quæ scripsit de Forma Sacramenti Eucharistiæ; quæque præ oculis omnino habere debet, quicumque vult de Græcorum Ritibus rectum iudicium ferre. Injusta quippe & fallax, Ecclesiæque paci atque unitati contraria est eorum judicandi ratio, qui Latinorum tantummodo Ritualium notitiam habentes, nec aliquid scientes, præter ea, quæ tradiderunt nonnulli ex nostris Scriptoribus, nostrarum quidem rerum periti, sed Græcarum consuetudinum rades, eisque rationis ignari, quam semper cum ipsis sequuta est Apostolica Romana Sedes, non dubitarunt in sacris Græcorum Ritibus ea omnia dammare, quæcumque Latino Ritui conformia, & consentanea non reperiebant. Hæc, inquam, præfatis Cardinalibus & Consultoribus ad Euchologii correctionem delectis minime commemorare oportuit, quum ipsi jam hujusmodi agendi & judicandi normam sibi proposerint, eamque ipsa plenissime sequuti sint: quemadmodum etiam revera factum fuisse agnovimus a Cardinalibus & Præfatis qui sub Urbano VIII. in Congregationibus hac de re habitis sententiam dixerunt. Quæ autem a Nobis demandata fuisse superius innuimus, ea undequaque impleta fuerunt; nec satis dici potest, quam assidua diligentia & labore omnes Congregationem constituentes operi conficiendo incubuerint. Prædictus vero Secretarius, non solum ante singulas inter eos habendas sessiones, in juncta sibi solia doctæ & sapienter elucubravit, Nobisque exhibuit; verum etiam, post habitas sessiones hujusmodi, Congregatorum sententias, atque resolutiones Nobis referre non omisit; Nos autem omnibus per-

Each. Crypte Ferrate, inde habitus, & c. n. s. auctoritas habetur.

Each. Crypte Ferrate, inde habitus, & c. n. s. auctoritas habetur.

Each. Crypte Ferrate, inde habitus, & c. n. s. auctoritas habetur.

Each. Crypte Ferrate, inde habitus, & c. n. s. auctoritas habetur.

Congreg. ex spectabilibus Viris constituit, quorum nominis recenseatur.

Sapientissimum fuerit totius rei agendæ, & perficiendæ rationem.

Precellenti cura in conferendis rebus Euchologiis, adhibita a Congreg. Secretariis.

De Euch. edito a P. Goario, de quo hujus peritis Græc. Rituum.



ANNO 1756. Studium quoque adjuvanti Pont. Euch. correct. abiolata.

Questae Moeira Eucologio propositae, de quibus singularim dicendum.

Primum de beatitudine Mortuum: sicut de commem. Rom. Pont. ecc. non Episc. & Patr. in Missa fitienda.

Dubium in Cong. discussum & Dec. huc de se habet.

De prima Nobilitate par. 12. de Comm. Rom. Pontificis.

Memor. ex quibus vetustissimus in Latinis Eccles. probatur huius commemor. ritus.

An idem primum factus in Graecia Ecclesia videtur, dicitur.

ANNO 1756. lectis, & mature pensatis, easdem, prout in Domino expedire visum est, approbavimus & confirmavimus.

servationibus ad Pontificale Graecorum part. 8. observat. 12. fatetur se inter prioris xvi monumentum nullum inventire, ex quo constat, in Orientali Ecclesia, infra Missarum actionem, Romani Pontificis memoriam fieri consuevisse: vellem scilicet, & laudarem; sed factum non lego: factum quidem laudarem.

§. 8. Porro sub initium novissimae huius editionis quatuor posita sunt Monita, de quibus in hac Epistola, iuxta id, quod superius constitutum Nobis esse diximus, operae pretium facturos nos esse existimamus, si ea vobis breviter indicemus, quae in iisdem statutendis praeculis habita fuerunt.

§. 9. Primum itaque Monitum his verbis conceptum legitur: Sciendum est, quod Sacerdotes, qui Eucologio sunt usuri, nosse debent Ecclesiasticos Sanctorum Patrum Canones, & Catholicam Ecclesiam Constitutiones, ne divina administrantes Sacramenta, aliqua peragentes Officia, errare compariantur.

PONT. A. XVI.

ANNO 1756. Pont. Euch. correct. abiolata.

ANNO 1756. Pont. Euch. correct. abiolata.

ANNO 1756. Pont. Euch. correct. abiolata.

ANNO 1756. Pont. Euch. correct. abiolata.

ANNO 1756. Pont. Euch. correct. abiolata.

ANNO 1756. Pont. Euch. correct. abiolata.

ANNO 1756. Pont. Euch. correct. abiolata.

ANNO 1756. Pont. Euch. correct. abiolata.

ANNO 1756. Pont. Euch. correct. abiolata.

ANNO 1756. Pont. Euch. correct. abiolata.

PONT. A. XVI. mantum Ecclesia in Apostolicis Sedibus collocavit, in schismate esse dicit: quicumque se a Praesulum eorumdem Sedium auctoritate, vel communiione suspenderit, nec aliam manifestet esse Ecclesiam, nisi quae in Pontificalibus Apostolicarum Sedium quae solidata radicibus, quomodo vos ab universi Orbis communione separatos esse non credidit, si mei inter Sacra Misseria, secundum consuetudinem, nominis memoriam reticetis, in quo licet indigno, Apostolica Sedes, per Successorem Episcopatum, praesenti tempore videtur consistere firmitate.

§. 13. Satis praeterea Nobis est, hoc tuto asserere posse, quocumque demum tempore in Ecclesia Graeca recepta fuerit disciplina orandi nominatim pro Romano Pontifice in Missa, eam certe in Graecis Ecclesiis viguisse pluribus saeculis ante constantium schisma, nec nisi post funestam divisionem fuisse intermissam.

§. 14. Quam Michael Palaeologus Constantinopolitanus Imperator, anno 1263, & sequenti, studium suum declarasset reuendui una cum Graecis sibi subiectis, in unitatem atque concordiam cum Ecclesia Romana, Urbanus IV. Praedecessor Noster hanc conditionem discrete proposuit, teste Niceta lib. 5. cap. 2. Ut in sacris Officiis & Diptychis Papa nomen cum quatuor Patriarchis memoraretur.

§. 15. Michaeli Palaeologo successor in Imperio Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. IV.

fuit Andronicus Filius, damno schismati adeo perdit adhaerens, ut, quoniam Pater unioni Ecclesiae Graecae cum Latina ineunda operam contulerat, illius Corpus extra locum sacrum sepeliri permiserit. Et quia, donec Ecclesiae Constantinopolitanae praeferret Catholicis Patriarcha Joannes Vecco, minime sperabat Imperator, destinatum sibi schismatis instauracionem ad exitum perducere posse, Iosephum quemdam haereticum labe infectum in Patriarchalem Sedem intrusit. Exinde res in pejus ruere ceperunt, nec amplius obtineri potuit sincera Ecclesiarum reconciliatio, donec coaetio Ferrariae Generali Concilio, quod deinde Florentiam translatum fuit, rebusque inter Latinos Graecosque Patres mature discussis, anno denum MCCCXXXIX. dejectus fuit divisionis paries, qui unam ab alteram Ecclesia tam diu seorsum tenuerat. Urque omnibus testata fuerat uniois praerata veritas, Joannes Palaeologus Graecorum Imperator iussit in sacris Diptychis reponi nomen Romani Pontificis; uti testatur vel ipse schismaticus scriptor Sylvester Sgurobuli in Historia Concilii Florent. sess. 10. c. 12.

§. 16. Post Joannem Palaeologum in Graecia imperavit Constantinus, qui quum ad Nicolaum V. Legatos misisset, qui sibi periclitanti opem implorarent, hoc simul proferri non omisit, se omni conatu daturum operam, ut concordia Florentiae constituta optatam foret executionem; & deinde effecturum, ut Pontificis Romani nomen sacris Diptychis restitueretur, uti testatur Ducas in Historia Byzantina: Imperator supplicat rogatum Romanam ante miserat; ut etiam Concordia Florentiae reconciliata restabileretur, inque magna Ecclesiae Liturgiis, Papae nomen a sacris Diptychis recitaretur. Pontifex autem promptum se atque paratum exhibuit ad asserendam illi pro viribus opem; simulque ipsum hortari, & urgere non desistit, ut Decretum Unionis in Concilio Florentino peractae promulgaret, & efficaciterque, ut nomen Romani Pontificis recitetur in Diptychis, & pro ipso nominatum expressis ab universa Graecorum oratur Ecclesia, sicut is, qui Deo placuere, & Constantinopolitani Patriarchae, & Imperatoris haecenus observare; ut habetur in Annalibus Raynaldi, ad annum Christi 1451. n. 2.

§. 17. Haec sunt, quae pertinent ad priorem partem primi Moniti, ubi agitur de obligatione Celebrantium orandi pro Papa in Sacrificio Missae; nec aliud praeterea addendum videret, nisi quod ante huiusmodi Monitum, Catholici Episcopi Graeci Orientales, in suis Synodis, hoc ipsum statuerent non omiserunt; & Nos ipsi pro Italo Graecis opportuna Decreta edere non praetermissimus. Anno Domini MDCCCXXX. Zamociae habita fuit Synodus Provincialis, de mandato fel. record. Praedecessoris Nostri Clementis Papae XI. ac praesidente in ea Hieronymo Grimaldo tunc Archiepiscopo Elefensi, & Apostolice Sedis Nuntio in Regno Poloniae, deinde vero a recol. mem. Decessore Nostro Clemente Papa XI. ad Cardinalatus honorem assumpto. In huius itaque Synodi Decretis, quae etiam a praesentis memoriae Benedicti Papae XIII. similiter Praedecessore Nostro, maturo praemio examine, confirmata fuerunt, sub Titulo de Fide Catholica, sequentia leguntur verba: Eadem de causa, nimirum ad removendam omnem schismatis suspicionem, & ad demonstrandam sinceram Membrorum cum Capite conjunctionem, consuit etiam, ac praecipit, sub praesentis arbitrio Ordinarii infundendis, ut abicun- que in sacris Diptychis commemoratio Romani Pontificis facienda erit, praesertim vero tempora sacrificii Missae, in translatione Oblatorum, sicut etiam expressis verbis, quibus alter quam Romanus, universalis Episcopatus designari

Altera pro- batio ex fa- ctis Joannis Palaeologi necnon Alex- and. Pa- triar.

Testis deni- que, ex pa- tris conven- tis inter Con- stantin. Im- per. & Ni- col. V. Pont. tificis.

Graeci Catholici hu- jusce comm- em. hab- enda legem agnoscunt, & in hieratis Syn. eval- geant.

X



BENEDICTI XIV.

ANNO 1755.

non possit. Consentient Patres Concilii Libanensis anno MDCCXXXVI. congregati, sub praesidentia Dilecti Filii Magistri Josephi Simonii Asemiani Romanae Curiae Praesulis, & Ablegati Apostolici; in ejus pariter Concilii Decretis, sub Titulo de Symbolo Fidei, ejusque professione, n. 12. haec occurrunt verba: Sanctissimi Romani Pontificis commemorationem, tam in Missa, quam in Divinis Officiis, ante Reverendissimi Domini Patriarchae nomen, uti hactenus consuevit, celebrare non omissimus. Et hoc etiam Concilium post accuratissimum rerum omnium examen, Apostolica auctoritate a Nobismetipsis confirmatum est, ut videre licet in Nostra Constitutione, quae incipit Singularis, Tom. 1. Bullarii Nostri, num. 31. Petrus Arcudius in suo Opere de Concordia Ecclesiae Occidentalis & Orientalis lib. 2. cap. 39. monitum adscriptum pro Latinis Episcopis, in quorum Diocesium commemorantur Graeci, ut eos adgere studeant ad faciendam in Missa commemorationem Romani Pontificis, ne qua reliqua sit suspicio propensionis erga schisma: Episcopi Latini omnino curare debent, ut sibi subditi Parochi Graeci in unione Catholica sint, & Summum Pastorem agnoscant, juxtaque veterem morem, pro illo solemniter deprecantur, in Sacrificio Missae, de quo nempe eo in loco agit. Consentaneae autem ad hoc accuratissimum monitum, in nostra Constitutione pro Italo Graecis emanata, cui initium Esti Pastoralis, quaeque est 57. in Bullarii Nostri Tom. 1. §. 9. n. 4. ita cautum fuit: Deinde Summi Romani Pontificis, ac Ordinarii loci, in Missa, atque Divinis Officiis, commemoratio fiat.

§. 18. Sequitur pars altera ejusdem primi Moniti, in qua, uti superius notatum fuit, injungitur Sacerdoti Graeco, ut infra Missam, postquam oraverit pro Pontifice Romano, oret pro proprio Episcopo, oret etiam pro suo Patriarcha, si tamen Catholici sint; nam si eorum alter, vel uterque schismaticus esset, aut haereticus, de illo, aut illis commemorationem facere non deberet.

§. 19. In Latina Ecclesia nulla se se offerre solet difficultas, quoad commemorationem faciendam illius Episcopi, in cujus Diocesi Sacerdos Missam sacra facit. Haec de re Nos ipsi egimus in nostro Opere de Sacrificio Missae sabb. 1. num. 220. Latine editionis; ibique demonstravimus, debere eam, qui in Diocesi aliqua Missam celebrat, Episcopi Diocesis loci mentionem facere, non vero alterius, in cujus Diocesi ipse ordinatus fuerit, seu cujus Ordinarius jurisdictioni subiectus sit; neque vero licitum esse Regularibus, propriis Superioris Generalis, aut alius Sacerdotibus alicui Praelato inferiori Territorium separatum habenti subiectis, hujusmodi Praelati commemorationem facere in Missa: quum his honor deferendus tantummodo sit ei Superiori, seu Praesuli, qui Episcopali auctoritate, & ordine est insignitus. Auctores vero, qui haec omnia tradunt, & probant, ibidem a Nobis allati fuerunt. Quare nihil aliud hic adjiciemus, nisi quod praeteritus Dominicus Georgius, qui post editum nostrum illud opus, suam praededit Tractatum de Liturgia Romani Pontificis, pluribus antiquis perultrastaticis, haec adnotata reliquit, ad illi Operis Tom. 3. cap. 3. n. 23. pag. 52. Omnia forma vetustissima exemplaria Sacri Canonis Missae, post Romanum Pontificem, nomen Antistitis designant, quod quidem nomen Florus, & antiquiores Expositores Missae, quos in appendice damus, commemorant.

§. 20. Utque adhuc a Latina disciplina non discedamus, hoc etiam adnotabimus, Episcopum Missam celebrantem, pro semetipso orare, se indignum se quomodo compellendo, quod consentaneum est his, quae leguntur lib. 8. Constitutionum, quae Apostolica dicuntur, inter Opera Patrum Apostolorum a Cotelero edita Tom. 1. pag. 477. ubi is, qui sacrum facit, postquam pro aliis oravit, pro se ipso deprecatur his verbis: Adhuc rogamus Te pro nullius pretii homine, qui sibi esse solet. Praeterea sciendum est, in Urbe Romana solius Romani Pontificis commemorationem fieri, eo quod ipse non modo fit Summus Pontifex, sed etiam specialiter Romanae Urbis Episcopus; ipsum vero Pontificem, dum Missam celebrat, pro se etiam orantem specialiter Romanae Urbis Episcopum; ipsum vero Pontifex, ad eum plane modum, quo Episcopus quilibet celebrans pro se ipso Deum orat. Postulasti (verba sunt Innocentii III. in Epistola non adhuc edita, sed in Re-

Emendem Italo-Gr. indicit Pontifex.

Secunda Moniti pars, de Commem. nos. Episc. & Patr. habentibus, & quae in Bull. Nostri Tom. 1. §. 9. n. 4. cautum fuit.

Episcopus celebrans, quae in Bull. Nostri Tom. 1. §. 9. n. 4. cautum fuit.

Episcopus celebrans, quae in Bull. Nostri Tom. 1. §. 9. n. 4. cautum fuit.

Episcopus celebrans, quae in Bull. Nostri Tom. 1. §. 9. n. 4. cautum fuit.

Pontifex celebrans, quae in Bull. Nostri Tom. 1. §. 9. n. 4. cautum fuit.

gestis Vaticanis asservata, lib. 9. num. 83. qua respon. Pont. A. XVI. det Episcopo Auriensi, scilicet quomodo Pontifex Missam celebrans de se ipso mentionem faciat. Postulasti praeterea doceri, quibus verbis Pontifex Romanus utatur in eo loco Canonis Missae, in quo Sacerdos inferior dicit, una cum Papa Nostro, eum idem pro se tunc videatur orare, ac supra se assistentem non habere: ad quod devotionis tuae taliter respondemus, quod Nos ibi dicimus: una tecum indigno famulo tuo. Denique notandum est, a Latinis Sacerdotibus, commemorationem Archiepiscopi, uti Metropolitanam, in Canone minime fieri; ut etiam notat accuratus P. Merati in suis Commentariis ad Gavantum part. 2. tit. 8. num. 4. & quidem etiam vacet Sedes Episcopalis: Si vero Episcopus Ordinarius loci, in quo celebratur, sit vita functus, praedicta verba omittuntur, nimirum de eo non fit commemoratio: sed advertendum est, loco Episcopi, non posse nominari Vicarium Capitularem, quia licet, sed vacante, Ordinarius sit illius loci, non tamen est Episcopus illius Diocesis. Rursus neque nominari potest Archiepiscopus, aut Patriarcha Provinciae, intra quam continetur Episcopi defuncti, licet in eo habeat aliquam jurisdictionem; quia Archiepiscopus, aut Patriarcha, non dicitur Ordinarius in Diocesium Suffraganeorum.

§. 21. Nunc autem converso ad Graecos sermone, si quidem de Italo-Graecis agitur, hi omnimoda subdiciuntur jurisdictioni Episcopi Latini, in cujus Diocesi suum constituerunt domicilium, juxta Constitutionem LXXIV. Praedecessoris Nostri Pii Papae IV. quae incipit Romanus Pontifex, Bullar. Rom. Tom. 2. de qua Nos fufe differimus in nostro Tractatu De Synodo Diocesana lib. 2. cap. 12. novissima editionis Romanae. Itaque hujusmodi Praesbyteri Italo-Graeci, in Sacrificio offerendo, Latinam disciplinam sequi tenentur, commemorationem scilicet facientes Romani Pontificis, & Episcopi loci, nunquam vero Orientalium Episcoporum, aut Patriarcharum, quantumvis Catholicis sint, quum hi nulla fruantur jurisdictione in Italia, & Insulis adjacentibus; ut etiam statutum est in praefata Constitutione nostra: Esti Pastoralis §. 8. n. 4. Bullarii Nostri Tom. 1. cap. 57. Sane in Dilecto Sancti Gregorii VII. Rom. Pont. Can. 10. haec verba leguntur: Quod Papa solius nomen in Ecclesia recitatur. Et quidem Dilectum hoc Concilium Collectionibus insertum reperitur; nimirum Regiae Parisiensis, Tom. 26. Labbeae vero Tom. 6. part. 1. Non tamen ignoramus vigentem inter eruditos controversiam, sine Dilecto illud genuinum opus S. Pontificis, an potius supposititium; adeo quidem ut P. Mabillonius in suo Tractatu De Studii Monasterio, questionem hanc recensuerit inter graviores, quibus enolandis Ecclesiasticae Historiae Professores occupari possunt. Verum hoc etiam positum, Dilectum esse genuinum opus S. Gregorii VII. vera ac germana citati Canonis sententia haud quidem est, ut in Ecclesia Latina Episcopi Diocesis nomen a Missae Canone sit removendum, sed ut eidem minime inferantur nomina Orientalium Patriarcharum, qui scilicet tunc temporis hac conditione consenturos se dicebant, ut Romani Pontificis nomen in Liturgia reponeretur, ac per universas Orientis Ecclesias pro eo preces fierent, si vicissim Pontifex consensisset, ut ipsorum nomina a Sacerdotibus Latinis Ecclesiae Romanae, aliarumque Ecclesiarum Romani Patr. in Canone Missae recitarentur. Quae quidem conditio jure optimo rejecta fuit, proat sapienter observat Christianus Lupus ad Concilia part. 4. pag. 427. editionis Bruxellens. Aestivatis recessibus Michael (de Michaele Caerulario Constantino-politano Patriarcha loquitur) petiit nomen suum inscribi Romanis tabulis, spondiditque Pontificis nomen omnium suarum Ecclesiarum tabulis reddendum. Sed Leo (Romanum Pontificem innuit S. Leonem IX.) noluit annuere: mata enim Patriarchatum nomen recitari vixit in solis equalibus, & consorvibus, Orientalium Patriarcharum Sedibus, nunquam in Romana. Haec enim Orientalium non tantum favor, sed etiam caput est & mater, ideoque nullius, nisi solius Episcopi, nomen unquam recitavit. Et sequenti pag. 438. ita prosequitur: Orientalium Patriarcharum nomina nunquam recitavit Romana, immo nec ulla Latina Ecclesia.

§. 22. Haec pertinent ad Italo-Graecos. Verum quod spectat ad ceteros Graecos, & Orientales Mo-

Archiepiscopus quatenus sit mentio a Latinis in Missa.

Italo-Gr. quoad commem. in Missa Latinam dici- plinam servare debent.

Dilectum S. Gregor. VII. genuinum esse sit, an suppositum in quodammodo.

Graecis Oriental. licet non sit pro Metro- polita, & Patriarcha, & ceteris in Missa.

PONT. A. XVI.

Monitum istud Euchologio praepositum, de quo nunc agimus, nequaquam iis prohibet suorum Metropolitanarum, & Patriarcharum mentionem facere in Missa; sed cavet tantummodo, ne id fiat, quatenus illi schismatici sint, aut haeretici. Constant antiquum esse motum in Ecclesia Graeca, ut in Missarum precibus Patriarcharum nomina commemorarentur. Theodoros Balsamon in iis, quae scripta de Patriarcharum iuribus, haec scripsit: Statutum est, ut in quavis Ecclesia Dei, sive ad Euphratem, sive ad ipsum pertingat Oceanum, eorumque Patriarcharum nomina referantur. Goarius in notis ad Rituale Graecorum pag. 63. hoc refert, veluti usu receptum, videlicet in Graeca Liturgia, Sacerdotem orare pro omnibus Episcopis, & pro Metropolitanis. Meratus autem in notis ad Gavantum Tom. 1. pag. 439. Romanae editionis, postquam illud pusevit, quod supra retulimus, in Ecclesia Latina Archiepiscopi commemorationem non fieri in Missa, vacante licet Ecclesia suffraganea, ita subdit: Hoc tamen non observatur a Graecis, alisque Orientalibus, quae Patriarcham nominant, & Metropolitanam. Neque id ipsum in saepe indicato Monito iisdem indefinite prohibetur, sed tunc solummodo quum Metropolitanus, aut Patriarcha schismatici sunt, vel haeretici; juxta regulas jampridem receptas atque statutas, antequam Euchologii correctioni manus admoveatur. Sane in Congregatione Sancti Officii anno 1673, quum de hoc disciplinae capite actum fuerit, decretum prodiit tenoris sequentis: In Congregatione Generali Sancti Officii die 7. Junii 1673. Utrum in Missa possit nominare Sacerdos in Oppido Liburni Patriarcham Armenorum, pro ipso orando, qui est schismaticus; quod insuper parum sibi concedi, ut per hoc ratio magis, & majori erga Latinos alliciat effectus; Sacra Congregatio respondit, non posse, & omnino prohibeat. In eadem Congregatione 20. Junii 1674. lectis literis R. P. D. Nuntii Florentiae, datis die 10. Aprilis 1674. scriptis Sacra Congregatione de Propaganda, & ab eadem remissa ad Sacram Congregationem Sancti Officii, decretum fuit, quod rescribatur eidem Nuntio, ut quoad permissionem orandi in Liturgia pro Patriarcha Armenorum, Sacra Congregatio stetit in decretis emanatis anno 1673. videlicet, non posse, & omnino prohibeat.

§. 23. Consonat aliud plane simile Decretum Congregationis super correctione editionis Missalis Cophthorum habita anno 1732. ubi inter alia proposita Dubia, hoc fuit: An, & quomodo emendanda sint verba, quibus Sacerdos commemorationem facit de Patriarcha, Episcopo &c. Responsum autem datum fuit hujusmodi: Initio Missalis ponatur Rubrica, in qua admoveatur, & insinuetur Sacerdos de iis, quae spectant ad celebrationem Missae, & inter illas Rubrica specialis de commemoratione Romani Pontificis, necnon Patriarchae, & Episcopi, si sint uniti Romanae Ecclesiae; si minus eorum commemoratio omittatur: quae Rubrica proprio loco repetatur. Porro haeretici, atque schismatici excommunicationis majoris censurae subiecti sunt, ex lege Can. de Liguribus, 23. quest. 5. & Can. Nulli, §. dist. 19. Sacri autem Ecclesiae Canones pro excommunicatis orari publice vetant; uti cautum legitur in cap. A Nobis, 2. & in cap. Sacris, de Sent. Excomm. Et quamvis id non obstat, quominus pro eorum conversione orare liceat, hoc tamen ita praestari non debet, ut eorum nomina in solemni Sacrificii prece pronuncientur; quod plene congruit veteri discipline, de qua Estius in 4. Sententiar. Dist. 12. §. 15. Satis est in eum finem, mente animoque Deum Optimum Maximum rogare, ut aberrantes ad vitam salutis, & ad Sanctae Matris Ecclesiae sinum reducere dignetur; quemadmodum pergit Sylvius in 3. part. D. Thome Tom. 4. quest. 83. art. 1. quest. 9. Atque haec est ipsiusmet Sancti Thomae doctrina in 4. Sent. dist. 18. quest. 2. artic. 1. in responsione ad primum: Pro Excommunicatis orari potest, quamvis non inter orationes, quae pro membris Ecclesiae fiunt. Neque ut huic Christianae charitatis officio satisfiat, necesse est intervertere leges Ecclesiae, quae a Fidelium sibi obsequentium catalogo excludit eorum nomina, qui se ab illius unitate, & obedientia separarunt; quaeque, dum probat, ne pro his publice oretur, eorum certe commemorationem ab Officio Missae, quae publicum est Bull. Rom. Benedi. XIV. Tom. IV.

Modo ne haeretici sint schismatici.

Aliud simile decretum.

Ratio hujusmodi sanctionis.

Sacrificium, excludit. Quapropter Ven. Card. Bellarminus Controversiarum Tom. 3. lib. 6. de Missa c. 6. optime ad rem nostram scribit: Aliquis petat, utrum liceat hoc tempore Sacrificium offerre pro Haereticorum, sive Infidelium conversione. Ratio dubitandi est, quia tota Liturgia Latine Ecclesiae, quae nunc est in usu, refertur ad Fideles, ut patet ex precibus oblationis, tum extra, tum intra Canonem. Respondet: Existimo id licere, modo nihil addatur ad Missam, sed solum per intentionem Sacerdotis applicetur Sacrificium conversioni Infidelium, seu Haereticorum: id enim faciunt Virgii, & docti, quos reprehendere non possumus, nec extat Ecclesiae prohibitio.

§. 24. Nullum quidem verbum in hoc primo Monito fit de commemoratione, seu prece, inter Missarum actionem habenda, pro Imperatore, Rege, universoque ejus Palatio, & Exercitu. Sed quum ad plurimum connexionis habeat cum ceteris rebus in eodem primo Monito enunciatis, haud inopportunum existimamus ea, quae sequuntur, adiacere.

§. 25. In omnibus Euchologiis, sive impressis, sive manuscriptis, quae anteriora sunt correctione a Leone perfecta, adscriptae leguntur preces habendae pro Imperatore, Rege, ejusque Palatio, & Exercitu, Quum autem in Congregatione super correctione Euchologii habita die prima Maii anno 1746. propositum fuerit Dubium, an hujusmodi preces tolli deberent, rescriptum fuit, Nobis subinde approbantibus, relinquendas eas esse in Canone, seu Liturgia. Sed quoniam Graeci eadem olim preces in Prothesi quoque faciebant, subinde vero eas sustulerant, additum fuit: Non autem habendas esse in Prothesi, seu preparatione. Superfluum namque visum est hujusmodi preces fieri in Prothesi, dum ipse jam sunt in Canone, seu Liturgia. Atque ad hunc plane modum exacta res est in nova Euchologii editione seu correctione.

§. 26. De commemoratione Imperatoris, seu Regis, cujus temporalis ditioni Regio subiecta est, quatenus in Canone Missae quibusdam in locis fieri solet, Nos ipsi jam differimus in nostro Tractatu de Sacrificio Missae sabb. 1. num. 221. Et quidem Cardinalis Bona Rev. Liturgicar. lib. 2. cap. 11. num. 4. testatur, in multis Latinis Ecclesiis nomen Regis in Canone commemorari. Praeterea Martene de antiquis Ecclesiae Ritibus l. 1. cap. 4. art. 8. num. 9. postallata monumenta ad id opportuna, ita concludit: Ex constante Ecclesiae traditione ab Apostolis accepta, certissimum est, pro Regibus & Principibus inter Sacra Mysteria semper oratum fuisse. Ubi satis patet, Auctorem ad ea se referre, quae scripta Apostolus in Epist. 1. ad Timoth. c. 2. mandans, orationes & obsecrationes fieri pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt: necnon ad ea, quae leguntur in Constitutionibus, quae Apostolica dicuntur, in editione Patrum Apostolorum a Cotelero adornata T. 1. l. 8. cap. 12. ubi haec habentur: Adhuc rogamus te, Domine, pro Rege, & pro iis, qui in sublimitate sunt, & pro cuncto exercitu, ut res nostra in felicitate versentur, deinde seq. c. 13. iterum legitur: Pro Regibus, & in sublimi potestate constitutis, oremus, ut res nostra pacifice sint. Videri etiam hac de re potest Gregorius in praefat. T. 2. de Liturgia Rom. Pont. l. 4. c. 3. n. 4. Quidquid autem sit de controversia illa, quae inter Balutium, & Lupum agitata fuit, de tempore nimirum, quo primum Imperatoris nomini subrogatum fuerit nomen Regis in terris dominio Regum subiectis, quum quidem questionem fusiori calamo tractat citatus Lupus in Can. 10. Dilectum S. Greg. VII.; illud satis compertum est, commemorationem Regis fieri in Ecclesia Latina per eas regiones, in quibus hujusmodi consuetudo dudum recepta est, aut Apostolicae Sedis concessio id permisit; ut advertit Meratus ad Gavantum cit. T. 1. p. 1. pag. 539. n. 6. juxta editionem Romanam.

§. 27. At apud Orientales nationes communis dicitur potest haec disciplina, memoriam faciendi Regis in sacra Liturgia; ut videtur licet in Liturgiis Armenorum, Cophthorum, Aethiopum, atque Syrorum. Si quis autem quaereret, qua ratione id tolerari possit, ubi certo constat, Reges illos, pro quibus orant, & quorum commemorationem in Liturgia faciunt, infideles esse; huic Ven. Card. Bellarminus responderet (ubi re ipsa respondit in superius citato cap. 6.) nequaquam vetitum esse ex natura rei,

De alio Graecor. Rit. Ita, orandi in Missa pro imp. Rege, & ceteris, & Executio, & cetera.

Quid in Congreg. super Euchologii correctione definitum fuerit.

Commemoratio imp. Regum, in Missa, an, & a quo recitari debeat in Ecclesia.

Quoniam tunc servare consuetudo.

Apud Orientales nationes antiquissimus usus orandi in Missa pro Rege.



